

quanta^a per X hebdomadas¹, quibus reclusa et obsessa <est>^b, remansit.

[9.] Tandem videns rex civitatem ipsam nec prelio nec vi capi posse², ad astuciam et calliditatem animum convertit, ut uno modo vel alio victoriam obtineret. Civibus aurem prebere finxit, et cum eis colloquium haberi permittens de pace et concordia tractanda, sepe inter partes sermo habitus est, et in hac spe et fiducia eos hinc inde diutius ferens sine conclusione detinuit et nil boni faciens spe sua frustavit, donec venit abbas quidam Bruno, vir religiosus et prudens³, et alii quamplures nobiles de regis curia euntes, ad civitatis deditionem hortando, nomine regis et curiae polliciti sunt, si urbem in regis potestatem darent, parum aut nihil detrimenti in rebus vel personis habituros, imo omnia, quae essent in ecclesiis et locis sacris pro regis clementia <salva>^c forent⁴, nec urbis munimenta et arces destruerentur⁵, quin se in futurum possent ab hostibus deffendere, prout hactenus fecerunt, sed velle solum urbis deditionem ob regis et sacri imperii gloriam et honorem.

His ergo promissionibus et consilio freti Terdonenses, valde confisi et aquiescentes^d, in secunda^e feria⁶ post nonam predictus marchio Malaspina et Mediolanenses consules⁷ cum civibus urbis et aliis quampluribus^f nobilibus confidenter ante regis conspectum euntes, ad eius pedes se proiecerunt. Quos idem rex prima facie illari^g vultu recipere finxit. Sed in vespere per hospitia principum eos custodiri precepit. Mane autem facto^h nemine obviante Teutonici^h et alii in civitatem protinus irruere omniaqueⁱ undique depredando nihil civibus preter miseram animam^j relinquere^k.

1155.
18. April.

(19. April.)

a) 'quas' Legè I. b) 'est' fehlt Legè I. II. c) 'salva' ergänzt Legè I. II. d) So c. e) '2a' c. f) Bloss 'pluribus' Legè I. g) 'hilari' Legè I. h) So verb. Legè I. II für 'Tutonici'.
i) 'omniaquae' Legè II. k) 'reliquere' wollte Legè I verbessern.

1) Vgl. dazu S. 139 ff. 2) Anders Otto von Freising G. Fr. II 26 S. 131 und G. Fred. in Italia Vers 386 ff., 402 ff., s. oben S. 119 f.
3) Die Vermittlung des Abts Bruno von Chiaravalle (circ. Milano, mand. Locate Triulzi) wird auch in den G. Fed. in Lomb. erwähnt; s. oben S. 120. 4) Vgl. oben S. 120 ff. 5) Das haben sonst nur noch die G. Fed. in Lomb. S. oben S. 120 f. 6) S. oben S. 140.
7) S. oben c. 5 S. 151. 8) Danach ist also der Einmarsch erst am Dienstag, 19. April, erfolgt, nachdem die Uebergabe am Tage vorher ausgesprochen war. Vgl. oben S. 94. 140. 9) Vgl. oben S. 121 f.